Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



filius meus dilectus ipsum audite. Et presentem
de quo dicit ostendit. Gaudere etiam mihi p
hoc uidetur moyses. quia et ipse quodammodo
nunc deponit uelamen. Conuersus ad dnm. cum
euidenter quae p dixit implentur uel cum tempus ad
uenit. ut p spm quae obtexerat reuelentur.
Retractandus est sci capli sensus. et considerandum
quid ei uisum sit cum dixisset. si autem conuersus
quis fuerit ad dnm auferetur uelamen. Ut adderet.
dns autem spr est. p quod quasi interpretari uidetur.
quid est dns. Quis enim nescit quod dns spr est.
sed numquid in hoc loco de dni uel naturae uel sub
stantia tractabatur ut diceret dns spr est.
Videamus ergo ne non solum cum moyses legitur
sed et cum paulus legitur. uelamen sit positum
super cor nostrum. Et manifeste si neglegenter audi
mus. si nihil studii ad eruditionem et intellegen
tiam conferimus. non solum legis et prophetarum
scripturae. sed et apostolorum et euangeliorum gran
di nobis uelamine tegitur. ego autem uereor ne per ni
miam neglegentiam et stoliditatem cordis non
solum uelata sint nobis diuina uolumina
sed et signata. Ut si detur in manus hominis
nescientis litteras lib legendis dicat. quia nescio